

## Gregor XII.

### Regule<sup>a</sup> domini Gregorii pape<sup>b</sup> XII<sup>c</sup>

<sup>a</sup> Regule *Berlin 861, Köln 25b* Incipiunt regule

<sup>b</sup> pape *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

<sup>c</sup> Regule - XII *PL 647, VL 3983, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Wien 5474; Krakau 1288* Gregorius papa XII XIII kalendas ianuarii anno primo; *Prato 1787* Regule date per dominum Gregorium papam XII; XII *OL 911, Ross 1035, Halle 54* duodecimi

#### 1.

#### APPROBATIO ORDINATIONUM PREDECESSORUM<sup>a</sup>.

Dominus<sup>b</sup> noster<sup>c</sup> Gregorius divina providentia<sup>d</sup> papa XII<sup>e</sup>, XIII kalendas<sup>f</sup> ianuarii<sup>g</sup> pontificatus sui anno<sup>h</sup> primo<sup>1</sup>, regulas dominorum Iohannis XXII, Benedicti XII, Clementis VI<sup>i</sup>, Innocentii VI<sup>j</sup>, Urbani V<sup>k</sup>, Gregorii XI<sup>l</sup> et Urbani VI<sup>m</sup> Romanorum pontificum suorum predecessorum approbavit et suo voluit tempore observari, nisi in contrarium duxerit ordinandum, sed super ordinationibus pie memorie Bonifatii<sup>n</sup> VIII<sup>o</sup> et Innocentii VII<sup>p</sup> summorum pontificum etiam predecessorum suorum<sup>q</sup> intendit deliberare nec eas observari vult, quousque aliud super eis duxerit ordinandum, excepta ordinatione de litteris expediendis super provisionibus etc. infra certum tempus per dictum<sup>r</sup> Bonifatium edita<sup>2</sup>, quam intendit et vult de cetero etiam observari<sup>s</sup> debere<sup>t</sup>.

<sup>1</sup> 1406 Dezember 19.

<sup>2</sup> = Bonifatius IX. **OT 54.**

<sup>a</sup> Approbatio - predecessorum *VL 4988; Heiligenkreuz 268* [...] observantia [...] et Innoce(ntii)

<sup>b</sup> dominus *VL 3983* Sanctissimus dominus

<sup>c</sup> *Ross 1035, Prato 1787* folgt dominus

<sup>d</sup> divina providentia *fehlt Prato 1787*

<sup>e</sup> XII *Berlin 861, VL 3983, Köln 25b* duodecimus

<sup>f</sup> kalendas *fehlt PL 647, VL 4990* (Lücke)

<sup>g</sup> ianuarii *Ross 1035, Halle 54* iunii

<sup>h</sup> anno *fehlt Halle 54*

<sup>i</sup> VI *Köln 25b* sexti

<sup>j</sup> VI *Köln 25b* sexti

<sup>k</sup> V *OL 911, VL 3983, Köln 25b* quinti

<sup>l</sup> XI *Köln 25b* undecimi

<sup>m</sup> VI *Köln 25b* sexti

<sup>n</sup> *Berlin 861, PL 647, VL 3983, VL 3984* folgt pape

<sup>o</sup> VIII *OL 911, VL 3983, Köln 25b* noni; *PL 647, Ross 1035, VL 4990, Halle 54* IX

<sup>p</sup> VII *Köln 25b* septimi

<sup>q</sup> suorum *fehlt VL 3984, Wien 5102*

<sup>r</sup> dictum *VL 4988* dominum

<sup>s</sup> observari *VL 3984* servari

<sup>t</sup> excepta - debere *fehlt Berlin 861, PL 647, Ross 1035, VL 3983, VL 4990, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474*

**2.**RESERVATIO<sup>a</sup>.

Item, eadem die<sup>1</sup>, dictus<sup>b</sup> dominus noster specialiter<sup>c</sup> reservavit dispositioni sue omnes<sup>d</sup> canonicatus et prebendas, dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica<sup>e</sup> secularia et regularia quecumque cum cura et sine cura, de quibus sibi placebit tamquam sic reservatis providere<sup>f</sup>.

---

<sup>1</sup> (1406 Dezember 19).

---

<sup>a</sup> Reservatio VL 4988 (links) und (rechts) zu den Regeln 2-4 Vide supra Innocentii II et III (= Innozenz VII. Nr. \$\$\$); Heiligenkreuz 268 Reservatio specialis de [...]

<sup>b</sup> dictus fehlt Ross 1035, Halle 54

<sup>c</sup> specialiter fehlt VL 3983

<sup>d</sup> omnes Prato 1787 et sedi apostolice

<sup>e</sup> ecclesiastica fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102

<sup>f</sup> sic - providere Ross 1035, Halle 54 sibi reservatis

**3.**RESERVATIO GENERALIS ECCLESiarUM [...] MONASTERIORUM<sup>a</sup>.

Item dictus dominus noster, eadem die<sup>b1</sup>, reservavit dispositioni sue<sup>c</sup> et sedis<sup>d</sup> apostolice provisionem omnium patriarchalium et metropolitanarum ac cathedralium ecclesiarum nec non monasteriorum virorum et mulierum ordinum quorumcumque et capitum etiam quarumcumque approbatarum religionum, que tamen reservatio quoad illa monasteria<sup>e</sup> mulierum debet intelligi, in quibus dicta reservatione velit<sup>f</sup> uti.

---

<sup>1</sup> (1406 Dezember 19).

---

<sup>a</sup> Reservatio - monasteriorum Heiligenkreuz 268; VL 4988 Reservatio

<sup>b</sup> die fehlt VL 3984; Berlin 861, PL 647, VL 3983, VL 3984, VL 4990, Köln 25b specialiter

<sup>c</sup> sue fehlt PL 647, VL 4990

<sup>d</sup> sedis Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474 sedi

<sup>e</sup> mulierum - monasteria fehlt PL 647

<sup>f</sup> velit Ross 1035, Halle 54 voluit

**4.**DECLARATIO SUPER RESERVATIONE VACANTIAM TEMPORIS OBITU PREDECESSORIS<sup>a</sup>.

Item, eadem die<sup>b1</sup>, declaravit omnes canonicatus et prebendas nec non dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia quecumque cum

---

<sup>1</sup> (1406 Dezember 19).

cura et sine cura per eundem<sup>c</sup> Innocentium VII<sup>d</sup> dispositioni<sup>e</sup> sue reservata, que tempore obitus ipsius vacabant et de quibus ipse<sup>f</sup> non disposuerat, remansisse et remanere reservata nullumque de illis<sup>g</sup> preter Romanum pontificem potuisse sive posse disponere quoquo modo ac decrevit<sup>h</sup> irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam<sup>i</sup> quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan erat tunc<sup>j</sup> vel in posterum contingeret attemptari.

<sup>a</sup> Declaratio - *Heiligenkreuz 268; VL 4988* Reservatio

<sup>b</sup> die *fehlt VL 4990*

<sup>c</sup> eundem *OL 911* dominum

<sup>d</sup> VII *VL 3983, Köln 25b* septimum

<sup>e</sup> *Ross 1035* folgt ac ordinationi

<sup>f</sup> ipse *fehlt Ross 1035, Halle 54*

<sup>g</sup> de illis *fehlt Prato 1787*

<sup>h</sup> decrevit *Prato 1787* declaravit

<sup>i</sup> a quoquam *fehlt Ross 1035, Halle 54*

<sup>j</sup> tunc *fehlt Ross 1035*

## 5.

### FORMA PAUPERUM<sup>a</sup>.

Berlin 861, OL 911, VL 3984, VL 4988.	Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102.
Dominus noster <sup>b</sup> Gregorius papa XII, die secunda mensis februarii anno primo <sup>1</sup> , aperuit primas <sup>c</sup> gratias in forma pauperum et voluit, quod durarent usque ad XX mensis martii <sup>2</sup> immediate sequentis et quod prima data esset kalendis ianuarii anno primo <sup>3</sup> .	Dominus Gregorius, II februarii <sup>d</sup> , aperuit gratias in forma pauperum et voluit, quod data esset kalendis ianuarii.

<sup>1</sup> 1407 Februar 2.

<sup>2</sup> (1407) März 20.

<sup>3</sup> 1407 Januar 1.

<sup>a</sup> Forma pauperum *VL 4988*

<sup>b</sup> noster *fehlt Berlin 861*

<sup>c</sup> primas *fehlt Berlin 861*

<sup>d</sup> *Prato 1787* folgt anno primo

## 6.

### FORMA PAUPERUM<sup>a</sup>.

Berlin 861, OL 911, VL 3984, VL 4988.	Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102.
Item idem dominus noster <sup>b</sup> Gregorius, die	Item dominus Gregorius <sup>d</sup> aperuit in secunda

XII mensis maii <sup>1</sup> , aperuit secundas gratias in communi forma pauperum, quas ex tunc durare voluit per XV dies et, quod <sup>c</sup> secunda data esset X kalendas februarii <sup>2</sup> .	forma et voluit, quod data esset X kalendas februarii.
--	--

<sup>1</sup> (1407) Mai 12.

<sup>2</sup> (1407) Januar 23.

<sup>a</sup> Forma pauperum VL 4988

<sup>b</sup> noster fehlt Berlin 861

<sup>c</sup> quod fehlt VL 4988

<sup>d</sup> dominus Gregorius fehlt Halle 54, Prato 1787

## 7.

### DE VALORE BENEFICIORUM OBTENTORUM<sup>a</sup>.

Item, XII kalendas iunii pontificatus sui<sup>b</sup> anno primo<sup>1</sup>, voluit et ordinavit, quod de cetero in gratiis expectativis impetrantes teneantur exprimere verum<sup>c</sup> valorem beneficiorum ecclesiasticorum, que obtinent, nisi illa ex dispositione<sup>d</sup> iuris vel ex oblatione propria dimittere tenerentur, alioquin tales gratie nullius existant roboris vel momenti.

<sup>1</sup> 1407 Mai 21.

<sup>a</sup> De - obtentorum VL 4988; Prato 1787 Vide regulam primam Urbani VI (= Urban VI. **Nr. 2**)

<sup>b</sup> pontificatus sui fehlt Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102

<sup>c</sup> verum fehlt Prato 1787

<sup>d</sup> dispositione Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102 dimissione

## 8.

### QUOD NON EXPEDIANT EXPECTATIVE IN ECCLESIA LEODIENSI<sup>a</sup>.

Item, II<sup>b</sup> kalendas iunii<sup>1</sup>, voluit, quod de cetero non expedirentur littere super quibuscumque gratiis etiam expectativis in ecclesia Leodiensi<sup>2</sup> de dignitatibus, canonicatibus et prebendis, nisi fuerint pro magistris ac baccalariis formatis in theologia vel doctoribus in iure civili vel canonico aut licentiatis cum rigore examinis vel illustribus etiam, si supplicationes de manu sua vel mandato ipsius fuerint<sup>c</sup> signate.

<sup>1</sup> (1407) Mai 30.

<sup>2</sup> Liège/Lüttich, Wallonien, Belgien.

<sup>a</sup> Quod - Leodiensi VL 4988; Heiligenkreuz 268 Littere ad Leodiensem

<sup>b</sup> II OL 911 secundo; Prato 1787 XII

<sup>c</sup> fuerint fehlt VL 3984

## 9.

IN FORMA PAUPERUM<sup>a</sup>.

<i>Berlin 861, OL 911, VL 3984, VL 4988.</i>	<i>Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102.</i>
Item idem dominus noster Gregorius papa XII, die VIII mensis iunii pontificatus sui anno primo <sup>1</sup> , aperuit gratias in tertia <sup>b</sup> forma et voluit, quod durarent usque ad XV diem dicti mensis iunii <sup>2</sup> inclusive, et voluit, quod data tertie apositionis esset kalendis februarii <sup>3</sup> .	Item, VIII die <sup>c</sup> iunii, aperuit in tertia <sup>d</sup> forma et voluit, quod duraret ad XV diem dicti mensis, data eius esset kalendis februarii <sup>e</sup> .

<sup>1</sup> 1407 Juni 8.<sup>2</sup> 1407 Juni 15.<sup>3</sup> 1407 Februar 1.<sup>a</sup> In - pauperum VL 4988<sup>b</sup> tertia *Berlin 861* 3<sup>a</sup><sup>c</sup> die *fehlt Halle 54*<sup>d</sup> tertia *Wien 5102* certa<sup>e</sup> kalendis februarii *fehlt Halle 54, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

## 10.

INFRA QUANTUM TEMPUS LITTERE EXPEDIANTUR<sup>a</sup>.

Item prefatus dominus noster Gregorius papa XII<sup>b</sup>, VI kalendas februarii pontificatus sui anno tertio<sup>1</sup>, Arimini<sup>2</sup>, voluit et ordinavit, quod regule Bonifatii<sup>c</sup> VIII<sup>d</sup> et Innocentii VII predecessorum suorum super expeditione litterarum infra annum super quibuscumque gratiis serventur etiam tempore suo, computando videlicet super iam factis a predictis kalendis<sup>3</sup> et super fiendis ab earum data, alioquin gratie ipse elapso anno huiusmodi sint extincte, exceptis gratiis concessis et concedendis in mortis articulo<sup>e</sup>.

<sup>1</sup> 1409 Januar 27.<sup>2</sup> *Rimini, Emilia-Romagna, Italien.*<sup>3</sup> 1409 Februar 1.<sup>a</sup> Infra - expediantur VL 4988 *links und rechts* Vide supra Inno(centius) VII V et ult(ima) (= Nr. \$\$\$) et infra c. 14 (= Nr. \$\$\$)<sup>b</sup> *Prato 1787* folgt videlicet<sup>c</sup> *Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102* folgt pape<sup>d</sup> VIII *Berlin 861 IX; OL 911* noni<sup>e</sup> articulo *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* periculo

## 11.

2. April 2015

QUOD INQUIRATUR DE VITA IMPETRANTIS ET SUFFICIENTIA IUDICIS<sup>a</sup>.

Item voluit et ordinavit idem dominus noster, Il nonas ianuarii pontificatus sui anno primo<sup>1</sup>, quod de cetero nulle littere apostolice in gratia speciali super quibuscumque titulis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis<sup>b</sup> tam pro presentibus in Romana curia quam absentibus ab eadem expediantur, nisi prius per impetrantes, pro quibus littere ipse expediende sunt, aut pro ipsis<sup>c</sup> per idoneos testes doctum fuerit, quod sint fame laudabilis et conversationis honeste seu vita et moribus approbati<sup>d</sup>, et de etate absentium et impetrantium specificè inquiratur. Et similiter de executoribus, quibus tales littere diriguntur, fiat probatio, quod sint sufficientis litterature ac idonei ad exequendum ea, que sibi in ipsis litteris committuntur, ac bone conscientie reputentur.

---

<sup>1</sup> 1407 Januar 4.

---

<sup>a</sup> Quod - iudicis VL 4988

<sup>b</sup> vacaturis *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* vacaturum

<sup>c</sup> pro ipsis *Berlin 861* per ipsos

<sup>d</sup> approbati VL 4988 approbate

## 12.

QUOD APPONENTUR IN LITTERIS „AQUILEGIENSIS DIOCESIS“<sup>a</sup>.

Dominus<sup>b</sup> noster Gregorius papa XII, pontificatus sui anno tertio<sup>1</sup>, existens cum<sup>c</sup> sua curia in Civitate Austria<sup>2</sup> Aquilegiensis diocesis, quia plurime littere apostolice fuerant expedite sub data in Civitate Austria omissis verbis videlicet „Aquilegiensis diocesis“, decrevit et declaravit predictas litteras, ut premittitur, expeditas debuisse et debere sortiri effectum, sed quod de cetero in expediendis addantur in eis predicta verba „Aquilegiensis diocesis“, que similiter valeant, neutreque possint redargui de falsitate vel invaliditate.

---

<sup>1</sup> 1408 Dezember 19 - 1409 Dezember 18.

<sup>2</sup> *Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.*

---

<sup>a</sup> Quod - diocesis VL 4988

<sup>b</sup> Dominus *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* Item dominus

<sup>c</sup> cum *Wien 5102* in

## 13.

SUSPENSIO REGULE SUPER EXPEDITIONE LITTERARUM<sup>a</sup>.

Idem dominus noster papa<sup>b</sup>, XV kalendas februarii pontificatus sui anno quarto<sup>1</sup>, dum Gaiete<sup>2</sup> cum<sup>c</sup> sua curia residebat, attendens notoria impedimenta et viarum discrimina imminencia et, quod Romana curia fuit<sup>d</sup> pluribus temporibus iam in motu, decrevit et voluit, quod tempora ordinata super expeditione litterarum infra annum super gratiis et concessionibus quibuscumque, prout in regula<sup>3</sup> per eum edita sub data VI kalendas februarii anno tertio<sup>e</sup> sui pontificatus<sup>4</sup>, Arimini<sup>5</sup>, continetur, non currant et quod dicta regula sit usque ad suum beneplacitum in suspenso et non servetur, excepto eo quod disponitur in eadem super expeditione litterarum provisionum de episcopatibus et abbatibus, super quibus voluit dictam<sup>f</sup> regulam in suo robore remanere.

---

<sup>1</sup> 1410 Januar 18.

<sup>2</sup> Gaeta, Latium, Italien.

<sup>3</sup> = Nr. 10.

<sup>4</sup> 1409 Januar 27.

<sup>5</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

---

<sup>a</sup> Suspensio - litterarum VL 4988 links und rechts Vide supra X (= Nr. 10); Heiligenkreuz 268 Suspensio temporis de expediendis litteris

<sup>b</sup> papa fehlt OL 911; Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt predictus

<sup>c</sup> cum Wien 5102 in

<sup>d</sup> Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt iam

<sup>e</sup> tertio Wien 5102 III

<sup>f</sup> dictam Wien 5102 vacantem

## 14.

TRANSLATIO CURIE DE CIVITATE AUSTRIA AD CIVITATEM GAIETANAM<sup>a</sup>.

Die ultimo novembris<sup>1</sup> fuit translata curia de Civitate Austria<sup>2</sup> ad civitatem Gaietanam<sup>3</sup> de speciali mandato eiusdem domini nostri pape Gregorii XII, qui quidem dominus noster<sup>b</sup> voluit, decrevit et declaravit, quod omnia facta tam in dicta Civitate Austria et tam per deputatos per eum presertim per<sup>c</sup> Rotherum de Balhorn<sup>4</sup> notarium<sup>d</sup> suum ad signandum quam per alios officiales quoscumque et quam hic Gaiete quam alibi, ubi fuit in itinere prefatus dominus noster cum sequentibus eum, ex quo recessit de dicta Civitate Austria et postquam pervenit ad civitatem Gaietanam, valeant et obtineant roboris firmitatem et quod, si reperiantur signate supplicationes et littere apostolice expedite tam gratie quam iustitie hic et ibi tam per dominum nostrum<sup>e</sup> prefatum quam per huiusmodi „Concessum“, prior in data precedat<sup>f</sup>. Si vero concurrant, stetur dispositioni iuris, ac si idem dominus no-

---

<sup>1</sup> 1409 November 30.

<sup>2</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>3</sup> Gaeta, Latium, Italien.

<sup>4</sup> Rotherius de Balhorn.

2. April 2015

ster utramque signasset propria manu, non obstante quod posita<sup>g</sup> in supplicatione fuerit data in Civitate Austria per „Concessum“ per<sup>h</sup> dominum Rotherum eo tempore, quando idem dominus noster recesserat de dicto loco Civitatis Austriae ante tamen curie translationem, et quod<sup>i</sup> contra has gratias hac occasione non admittatur aliqua exceptio. Et hoc fecit Gaiete, pontificatus sui anno tertio.

<sup>a</sup> Translatio - Gaietanam VL 4988 (*links*) und rechts Et nota curia Romana alibi quam ubi papa

<sup>b</sup> noster *fehlt Berlin 861*

<sup>c</sup> Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt dominum

<sup>d</sup> notarius Berlin 861, VL 4988, Heiligenkreuz 268, Wien 5102 protonotarium

<sup>e</sup> dominum nostrum Heiligenkreuz 268, Wien 5102 dictum papam

<sup>f</sup> precedat Berlin 861 procedat

<sup>g</sup> posita Heiligenkreuz 268, Wien 5102 positum

<sup>h</sup> Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt dictum

<sup>i</sup> quod *fehlt OL 911*

## 15.

QUOD LICET DICATUR IN SUPPLICATIONE DE EXPRIMENDO GRATIAM IN CANCELLARIA, NIHIL TAMEN OPERETUR<sup>a</sup>.

<i>Berlin 861, OL 911, VL 4988.</i>	<i>Heiligenkreuz 268, Wien 5102.</i>
-------------------------------------	--------------------------------------

Die iovis penultimo novembris videlicet III<sup>b</sup> kalendas decembris

	pontificatus sui anno secundo <sup>1</sup> ,
--	--

idem dominus noster statuit, quod in gratiis expectativis per eum factis et fiendis, licet dicatur in supplicatione „Non obstante alia gratia expectativa in Cancellaria exprimenda“, quod prima expectativa gratia cassetur sibi in secunda, secus si exprimat primam expectativam specificam, quia tunc vult utramque habere effectum in compatibilibus, nisi per signaturam aliter de sua intentione appareat in utroque casu

, anno secundo <sup>c</sup> sui pontificatus, Arimini <sup>d2</sup> .	.
---	---

<sup>1</sup> 1408 November 29.

<sup>2</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>a</sup> Quod - operetur VL 4988

<sup>b</sup> III OL 911 tertio

<sup>c</sup> secundo Berlin 861 II

<sup>d</sup> Arimini *fehlt OL 911*

## 16.

DECLARATIO, QUOD, LICET NON FIAT SIGNATIO PER „FIAT, UT PETITUR“, VENIAT CANONICATUS ECCLESIE CATHEDRALIS<sup>a</sup>.



Die iovis XXX ianuarii

<i>Berlin 861, OL 911, VL 4988.</i>	<i>Heiligenkreuz 268, Wien 5102.</i>
,	videlicet III kalendas februarii pontificatus sui anno quarto <sup>1</sup> , Gaiete <sup>2</sup> ,

dominus noster papa predictus declaravit, quod licet non signaverit supplicationes de preterito per „Fiat, ut petitur“, quando signavit „Fiat de duobus beneficiis et ad duas collationes“ etc. et in supplicatione fuerit petitum etiam de canonicatibus ecclesiarum cathedralium vel dignitate<sup>b</sup>, quod in toto regno isto Neapolitano signatura se extendat etiam ad canonicatus ecclesiarum cathedralium vel dignitates non principales et hoc quoad<sup>c</sup> signaturas iam factas hucusque, pro futuris signandis intelligatur signatura iuxta regulas Cancellarie sue, et idem voluit, si de pluribus beneficiis facta fuerit similiter signatura.

Et hoc declaravit Gaiete, III <sup>d</sup> kalendas februarii anno quarto.	
--	--

<sup>1</sup> 1410 Januar 30.

<sup>2</sup> Gaeta, Latium, Italien.

<sup>a</sup> Declaratio - cathedralis VL 4988

<sup>b</sup> dignitate OL 911, VL 4988 dignitas; Heiligenkreuz 268, Wien 5102 dignitatis

<sup>c</sup> quoad OL 911 ad

<sup>d</sup> III OL 911 tertio

## 17.

DECLARATIO DE BENEFICIIS VACANTIBUS PER ADHESIONEM<sup>a</sup>.

Dominus noster<sup>b</sup> Gregorius papa XII<sup>c</sup>, tertio<sup>d</sup> kalendas octobris<sup>e</sup> pontificatus sui anno quarto<sup>1</sup>, declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod omnes ecclesie patriarchales, metropolitane, cathedrales et monasteria ac cetera beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura quorumcumque, etiamsi canonicatus et prebende ac dignitates, personatus et officia et dignitates ipse in patriarchalibus et metropolitanis ac cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales fuerint, ac alia officia quecumque, que habuerunt et tenuerunt ac habebant et tenebant et que habent et tenent illi, qui adheserunt<sup>f</sup>, adherent et adherebunt damnate memorie Roberto olim Gebennensi, qui se Clementem papam<sup>g</sup> VII, aut Petro de Candia, qui se Alexandrum papam<sup>h</sup> VI temere<sup>j</sup> nominarunt, seu Petro de Luna, qui se Benedictum papam<sup>k</sup> XIII, aut Balthasari Cossa, qui se Iohannem XXIII ausu sacrilego nominare presumunt, et eorum sequacibus et presertim

<sup>1</sup> 1410 September 29.

olim cardinalibus cum anticardinalibus ad conciliabulum profanandum dudum Pisis<sup>2</sup> congregatis censi<sup>l</sup> vacare et vacavisse per adhesionem, etiam ubi processus apostolici non reperiantur in forma solita precessisse et emanasse, ac fore dispositioni sue et sedis apostolice generaliter reservata et nullum preter Romanum pontificem de illis potuisse sive posse disponere quoquo modo.

---

<sup>2</sup> *Pisa, Toskana, Italien.*

<sup>a</sup> Declaratio - adhesionem VL 4988 links und rechts mit Verweis auf alia officia: videtur reservare officia curie, que tamen nullus possit conferre nisi ipse; *Heiligenkreuz 268* Declaratio vacare per adhesionem

<sup>b</sup> noster *fehlt Berlin 861*

<sup>c</sup> XII OL 911 duodecimus

<sup>d</sup> tertio *Wien 5102 III*

<sup>e</sup> tertio kalendas octobris *fehlt VL 4988*

<sup>f</sup> *Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt* adherebant

<sup>g</sup> papam *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

<sup>h</sup> papam *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

<sup>i</sup> V *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* quintum

<sup>j</sup> temere *fehlt Wien 5102*

<sup>k</sup> papam *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

<sup>l</sup> censi *Heiligenkreuz 268* censetur; *Wien 5102* censeretur

## 18.

QUID IMPORTENT ILLA VERBA „EX CERTIS CAUSIS ANIMUM NOSTRUM MOVENTIBUS<sup>aa</sup>“.

Item declaravit, eodem die<sup>1</sup>, sue intentionis fuisse et esse, quod, licet<sup>b</sup> tempore suo littere apostolice sint expedite plurime super beneficiis et officiis nullam de adhesionem facientes specialiter mentionem, cum propter adhesionem effectualiter sint privati et in eisdem litteris apostolicis sint apposita alia verba quasi idem importantia videlicet „Quem ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus beneficio huiusmodi privavimus et amovimus ab eodem“ vel similia in effectum, nihilominus illa verba taliter posita et littere super privatione huiusmodi expedite intelligantur, ac si expressum fuisset, quod per adhesionem vacatio imminebat, nec de alia ex aliis causis privatione speciali vel, que non recipiat probationem in contrarium, intelligatur quoquo modo, exceptis privationibus et declarationibus factis per dominum Antonium<sup>2</sup> sacrosancte Romane ecclesie cardinalem Bononiensem nuncupatum et episcopum Portuensem ac tunc et nunc Romane ecclesie camerarium ex speciali commissione per eundem dominum Gregorium vive vocis oraculo sibi facta ac promotionibus in consistoriis secretis, in quibus ex certa scientia verbis prepositis fuit usus, que voluit recipi, prout sonant, et nihilominus, quod<sup>c</sup> super gratiis factis et fiendis de cetero

---

<sup>1</sup> (1410 September 29).

<sup>2</sup> *Antonius Corrarius.*

littere expediantur cum expressione adhesionis et alias<sup>d</sup> iuxta tenorem supplicationum super gratiis signatis vel signandis.

---

<sup>a</sup> Quid - moventibus VL 4988; Heiligenkreuz 268, Wien 5102 Privatio ex certis causis adhesionem. Exceptio

<sup>b</sup> VL 4988 folgt pro

<sup>c</sup> quod fehlt Berlin 861

<sup>d</sup> alias Heiligenkreuz 268, Wien 5102 alia

## 19.

QUOD DECLARATI PRIVATI POSSINT PROBARE SE NON ADHESISSE<sup>a</sup>.

Eodem die<sup>1</sup>, declaravit sue intentionis fuisse et esse<sup>b</sup>, quod declarati privati in Cancellaria apostolica in prima forma per adhesionem huiusmodi suis beneficiis et officiis, si re vera non adheserunt, probata innocentia, ad quam probandum<sup>c</sup>, si petant, iudicialiter admittantur, non intelligantur nec sint privati et primi processus declaratorii tunc efficacie sint nullius<sup>d</sup>.

---

<sup>1</sup> (1410 September 29).

---

<sup>a</sup> Quod - adhesisse VL 4988; Heiligenkreuz 268, Wien 5102 Non vere adherentes non privati. Nullitas processus

<sup>b</sup> et esse fehlt Heiligenkreuz 268

<sup>c</sup> probandum Berlin 861, VL 4988 probandam

<sup>d</sup> tunc - nullius Heiligenkreuz 268, Wien 5102 nullius sint efficacie, roboris vel momenti

## 20.

Item dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII, Arimini<sup>1</sup>, V idus ianuarii anno octavo sui pontificatus<sup>2</sup>, voluit et ordinavit non obstante quacumque ordinatione preterita per eum edita super hiis, quod super quibuscumque gratiis et concessionibus per eum factis et faciendis in quacumque forma, exceptis super<sup>a</sup> ecclesiis cathedralibus et monasteriis et gratiis in articulo mortis, super quibus non intendit aliud innovare, littere apostolice expediantur usque ad regestrum inclusive infra annum inchoandum et computandum super gratiis iam factis totaliter non extinctis a presenti die et super faciendis ab earum dat(a), alioquin gratie ipse elapso tempore huiusmodi sint extincte et nullius roboris vel momenti.

---

<sup>1</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>2</sup> 1414 Januar 9.

---

<sup>a</sup> super Heiligenkreuz 268 in

## 21.

Item<sup>a</sup> dominus noster Gregorius papa XII, II kalendas decembris pontificatus sui anno octavo<sup>1</sup>, ex certis rationabilibus causis animam suam moventibus limitando regulam per eum editam<sup>2</sup> Arimini<sup>3</sup>, V idus ianuarii anno etiam octavo<sup>4</sup>, super expeditionem litterarum apostolicarum quoad gratias iam factas iuxta seriem dicte regule prorogat terminum adhuc sex mensium a fine primi anni concessi, ut premittitur in eadem regula, computando, quoad futuras tamen gratias etc. voluit eandem regulam in suo robore remanere.

---

<sup>1</sup> 1414 November 30.

<sup>2</sup> = Nr. 20.

<sup>3</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>4</sup> 1414 Januar 9.

---

<sup>a</sup> Item Berlin 861 Idem

## 22.

Item<sup>a</sup> dominus noster<sup>b</sup> Gregorius papa XII, XIII kalendas iulii pontificatus sui anno nono<sup>c1</sup>, in castro Montisflorum<sup>2</sup> Ariminensis diocesis, ubi cum sua curia residebat, propter notoria impedimenta, que supervenierunt prorogationem termini<sup>3</sup>, quam fecit Arimini<sup>4</sup>, II<sup>d</sup> kalendas decembris pontificatus sui anno VIII<sup>e5</sup>, super expeditionem litterarum apostolicarum super gratiis apostolicis iuxta formam dicte regule et alterius<sup>6</sup> ibidem editarum sub data V<sup>f</sup> idus ianuarii eodem anno VIII<sup>g7</sup> dilatata et extendit<sup>h</sup> ad sex alios menses futuros et inchoandos a fine dictorum sex mensium in precedenti ultima regula contentorum et in eadem forma et cum limitatione, prout in predictis duabus precedentibus regulis continetur.

---

<sup>1</sup> 1415 Juni 19.

<sup>2</sup> Montefiore Conca, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> = Nr. 21.

<sup>4</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>5</sup> 1414 November 30.

<sup>6</sup> = Nr. 20.

<sup>7</sup> 1414 Januar 9.

---

<sup>a</sup> Item Berlin 861 Idem

<sup>b</sup> noster fehlt Berlin 861

<sup>c</sup> non Berlin 861 IX

<sup>d</sup> II OL 911 secundo

<sup>e</sup> VIII fehlt Wien 5102; Berlin 861, Heiligenkreuz 268 octavo

<sup>f</sup> V OL 911 quinto

<sup>g</sup> VIII Heiligenkreuz 268 octavo

<sup>h</sup> sub - extendit fehlt Wien 5102

## Extravaganten

## 23.

**Arm. 82**, fol. 165r-165v; **Reg. Lat. \$\$\$** (*De curia* = 129); *eher in*: **Reg. Vat. \$\$\$** (*De curia* = 335, 336 fol. 178-267); **BL 2825**, fol. 123v-124v; **BL 2850**, fol. 109v; **VL 6434**, fol. 113v; **Paris 4172**, fol. 144v-146r.

**Aus Innozenz VII. Nr. \$\$\$ wörtlich Übernommenes in Petit.**

REVOCATIONES DOMINI GREGORII PAPE XII<sup>a</sup>.

Gregorius XII. Ad futuram rei memoriam. Nuper attendentes, quod, sicut nobis innotuerat, multi hactenus<sup>b</sup> a felicis recordationis Innocentio papa VII predecessore nostro per importunam instantiam<sup>c</sup> in multis et diversis orbis ecclesiis atque locis super collationibus, provisionibus, reservationibus canonicatum et prebendarum ac<sup>d</sup> dignitatum, prioratum, personatum et officiorum, ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum multas et varias gratias impetra<sup>ve</sup>runt, ex quorum impetrantium multitudine eedem ecclesie erant plurimum pregravate, ac ex hiis et aliis certis causis, que ad hoc rationabiliter nos moverunt, super hiis providere volentes presentis constitutionis edicto omnes reservationes ac concessionem super canonicatibus et prebendis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, officiis, portionibus, prestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus et aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis vacaturis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura, quocumque nomine censerentur, et etiam ad collationes seu provisiones super canonicatibus in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatum, officiorum, portionum, prestimoniorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura vel sine cura<sup>e</sup>, commissiones etiam seu concessionem super facultatibus seu potestatibus quibusvis factas<sup>f</sup> super huiusmodi ecclesiasticis beneficiis vacaturis auctoritate apostolica etiam ad nominationem alterius reservandis aut etiam conferendis, in quibus XV kalendis ianuarii proxime preteriti<sup>1</sup> nondum erat in re licet ad rem alicui ius quesitum, commissiones quoque et mandata super recipiendis personis aliquibus in ecclesiis vel monasteriis sive locis aliis regularibus, que in eis recepte non erant, ab eodem predecessore facta seu concessa quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status existant, per eiusdem predecessoris litteras sub quibuscumque tenoribus, modo, forma seu conceptione verborum, omnesque processus habitos per easdem, etiamsi in ecclesiis secularibus earum alique in canonicos essent recepte ac etiamsi per executores earum facte fuissent reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum alique auctoritate predictarum litterarum in aliquibus ecclesiis secularibus ultra statutum canonicorum numerum in canonicos essent recepte, quantum ad capitulum et ad

<sup>1</sup> 1406 Dezember 18.

chorum nec non perceptionem distributionum cotidianarum et plenitudinem iuris canonici habeant, sed<sup>g</sup> in eis prebendas, dignitates, personatus seu portiones et alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero, expectent sub infrascriptis modificationibus auctoritate apostolica revocamus, cassamus, irritamus et viribus vacuumus eaque cassa et irrita nuntiamus et nullius existere firmitatis, ita tamen quod, si huiusmodi persone recepte ultra numerum distributiones et alia ut canonici de numero existentes perceperunt, quod per cessionem vel decessionem illorum, qui erant intra numerum et vigore dictarum litterarum amplius assequi nil expectent nisi distributionum seu partium<sup>h</sup> suarum augmentum, cum forsant in ecclesia, in qua canonicorum non autem portionum numerus vel prebendarum distinctio habetur, quantoque inter pauciores eiusdem ecclesie dividuntur proventus, tanto maiores fieri poterunt singulorum percipientium portiones, ad istos nec non ad eos, quibus de certis expressis beneficiis ecclesiasticis, que certo modo proponebantur vacare, datis super hoc per litteras dicti predecessoris executoribus, ad illos etiam, quibus de certis et expressis huiusmodi beneficiis, cum vacarent per assecutionem pacificam alterius beneficii et per munus consecrationis suscipiendum vel quovis modo alio, ut prefertur, nec non ad eos, quibus de canonicatibus cum reservationibus prebendarum, dignitatum, prioratum, personatum vel officiorum, ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum huiusmodi per dictum predecessorem facte gratie extiterant, qui ante datam presentium vacaverunt et tunc vacabant ac per impetrantes, quibus erant provisiones huiusmodi faciende, a suis executoribus petitum fuerat, quod talia beneficia sic vacantia eis conferrent, nec per eos stetisset, quominus conferrentur eisdem, item ad eos, qui per litteras dicti predecessoris in aliquibus ecclesiis in canonicos erant recepti et dignitates, personatus vel officia canonicis ipsarum ecclesiarum dumtaxat consueta conferri dictarum litterarum vel alia quavis auctoritate inibi assecute fuerant licet prebendas expectarent, ad eos etiam, qui per litteras facultatum dicti predecessoris in aliqua ecclesia in canonicos non apostolice sedis, sed recipientium auctoritate erant recepti licet prebendas et alia beneficia expectent ibidem, et ad eos, qui super receptione sua in ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, in quibus non est certus canonicorum vel canonicarum regularium vel monachorum seu monialium aut quarumvis aliarum personarum religiosarum, quocumque nomine nuncupentur, numerus vel, si etiam aliquis vel aliqua de numero predicto ante datam prefatam defuerant vel tunc deerant, litteras apostolicas impetrassent, si per eos vel eas non stetisset, quominus recepti vel recepte fuissent in dictis ecclesiis vel monasteriis sive locis, ac etiam ad illos, qui huiusmodi prebendas, dignitates, personatus vel officia aut alia quecumque beneficia vi-

gore gratiarum eis factarum per dictum predecessorem, super quibus tempore obitus dicti predecessoris apostolice littere confecte non fuerant, expectabant illaque vacantia et<sup>i</sup> eis debita ante dictam datam in forma debita accepta<sup>(ve)</sup>runt, dictas constitutionem et revocationem volumus non extendi et insuper irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, revocationis, cassationis, irritationis, vacationis, voluntatis et decreti infringere etc. Si quis autem etc.<sup>k</sup> Datum Rome apud Sanctum Petrum, XIII kalendas ianuarii pontificatus nostri<sup>l</sup> anno primo<sup>2</sup>.

---

<sup>2</sup> 1406 Dezember 19.

---

<sup>a</sup> Revocationes - XII Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172

<sup>b</sup> hactenus fehlt BL 2850

<sup>c</sup> instantiam fehlt BL 2850

<sup>d</sup> ac BL 2850 ad

<sup>e</sup> quocumque nomine - cura fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172

<sup>f</sup> factas Arm. 82, BL 2825, Paris 4172 factis

<sup>g</sup> sed Arm. 82, Paris 4172 seu

<sup>h</sup> partium Arm. 82, Paris 4172 portionum

<sup>i</sup> qui Paris 4172 que

<sup>j</sup> et Arm. 82 in

<sup>k</sup> super facultatibus - etc. BL 2850, VL 6343 ut supra in revocatione gratiarum Bonifatii noni fol. 108 (in VL 6343 steht auf fol. 108r-109r der Widerruf von Innozenz VII. und nicht von Bonifaz IX.)

<sup>l</sup> pontificatus nostri fehlt BL 2850, VL 6343

## 24.

**Kopenhagen 1829**, fol. 14v; **Druck:** Nielsen, Formelbuch S. 13.

### **De mandato et ordinatione sanctissimi in Christo patris et domini domini Gregorii pape XII anno primo<sup>1</sup>**

Quicumque voluerint porrigere supplicationes, veniant in diebus martis hora vesperarum ad Palatium, quia aperietur eis, et poterunt omnes intrare sine difficultate.

Item, quicumque fecerit mentionem de pluribus beneficiis, ponat valorem cuiuslibet beneficii per se et singulatim, non simul de pluribus, alioquin talis supplicatio lacerabitur et, si signaretur, non habebit effectum.

Item, quicumque petens gratiam „Si neutri“ aut surrogationem in iure et ad ius alterius exprimat, quis reus et quis actor et etiam quis possidet et, si aliqua sententia lata fuerit, exprimat, pro quo et contra quem, alioquin talis supplicatio etc. ut supra<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> 1406 Dezember 19 – 1407 Dezember 18.

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

## 25.

**Kraków 1288, fol. 83r.**

- (1) Gregorius papa XII, XIII kalendas ianuarii anno primo<sup>1</sup>, revocavit omnes gratias expectativas<sup>2</sup>.
- (2) Item approbavit regulas Iohannis XXII, Benedicti XII, Clementis VI, Innocentii VI, Urbani V, Gregorii XI et Urbani VI, sed super regulas Bonifatii noni et Innocentii VII intendit deliberare<sup>3</sup>.
- (3) Item revocavit dispensationes factas super incompatibilibus.
- (4) Item reservavit omnia beneficia alias per prefatos reservata.
- (5) Item reservavit omnia beneficia.<sup>4</sup>
- (6) Item reservavit omnes cathedrales ecclesias et prioratus<sup>5</sup>.
- (7) Item revocavit omnes dispensationes, ut supra, que nondum sunt sortite effectum.
- (8) Item revocavit commendas etc. exceptis cardinalibus et prelatibus.
- (9) Item revocavit illas, que non sunt sortite effectum.
- (10) Item, quod Alamani, Anglici, Bohemi, Poloni et Ungari impetran(tes) numerum trinarium beneficiorum non exced(ant).
- (11) Item, quod, si quis petat unum, duo et tria aut plura etc., non veniant nisi quattuor.
- (12) Item approbavit regulam de advocatis factam per Gregorium XI anno quinto que incipit „Quamvis a felicis recordationis Iohanne et Benedicto XII<sup>6</sup>“ etc.<sup>a</sup>

---

<sup>1</sup> 1406 Dezember 19.

<sup>2</sup> = Nr. 23.

<sup>3</sup> = Nr. 1.

<sup>4</sup> = Nr. 2.

<sup>5</sup> = Nr. 3.

<sup>6</sup> = Gregor XI. Nr. 86.

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

## 26.

**OS 57, fol. 171v; Druck: EUBEL, Itinerar S. 560.**

RECESSUS DOMINI NOSTRI PAPE DE ROMA.



Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCCVII, indictione XV›, die martis nona mensis augusti<sup>1</sup> de mane sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII recessit de Urbe cum sua curia et collegio et eadem die de sero pervenit Campagnanum<sup>2</sup>, die vero sequenti videlicet mercurii X augusti<sup>3</sup> recessit de Campagnano et venit Sutrium<sup>4</sup>, die autem iovis XI<sup>5</sup> eiusdem recessit de Sutrio et venit Viterbium<sup>6</sup>, ubi honorifice receptus transtulit suam curiam.

---

<sup>1</sup> 1407 August 9.

<sup>2</sup> Campagnano di Roma, Latium, Italien.

<sup>3</sup> 1407 August 10.

<sup>4</sup> Sutri, Latium, Italien.

<sup>5</sup> 1407 August 11.

<sup>6</sup> Viterbo, Latium, Italien.

## 27.

**OS 57**, fol. 171v; **Druck**: EUBEL, *Itinerar S. 560f.*

REMANSIO CARDINALIS SANCTI ANGELI ROMÆ.

Rome vero remansit reverendissimus dominus cardinalis Sancti Angeli<sup>1</sup> locumtenens pape non habens absentiam.

---

<sup>1</sup> Petrus de Stefaneschis.

## 28.

**OS 57**, fol. 171v.

RECESSUS CARDINALIS FLORENTINI DE VITERBIO.

Supradicta die iovis ‹XI augusti MCCCCVII<sup>1</sup>›, qua Viterbium<sup>2</sup> applicuimus, de mane recessit reverendissimus dominus cardinalis Florentinus<sup>3</sup> et ivit legatus Florentiam<sup>4</sup> super facto unionis habens absentiam.

---

<sup>1</sup> 1407 August 11.

<sup>2</sup> Viterbo, Latium, Italien.

<sup>3</sup> Angelus Acciaiolus.

<sup>4</sup> Florenz, Toskana, Italien.

## 29.

**OS 57**, fol. 172v; **Druck**: EUBEL, *Itinerar S. 561.*

RECESSUS DOMINI GREGORII PAPE DE VITERBIO.

Die ultima mensis augusti, que fuit dies mercurii<sup>1</sup>, sanctissimus dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII de mane cum suo sacro collegio et curia recessit de Viterbio<sup>2</sup> et venit eadem die Montemflasconem<sup>3</sup>. Die vero iovis, que fuit prima mensis septembris<sup>4</sup>, recessit de Monteflascone et venit eadem die Aquapendentem<sup>5</sup>. Die autem veneris, secunda mensis septembris<sup>6</sup>, recessit de Aquapendenti et venit dicta die ad Sanctum Quiricum<sup>7</sup>. Die autem sabbati, tertia mensis septembris<sup>8</sup>, recessit de Sancto Quirico et venit Cunnam<sup>9</sup> prope Senas. Die vero domenica, IIII septembris<sup>10</sup>, recessit de Cunnam et hora vesperorum intravit cum maximo triumpho et gaudio Senas<sup>11</sup> cum collegio et curia predictis, ubi postmodum transtulit suam curiam de Viterbio<sup>12</sup> Senas.

---

<sup>1</sup> 1407 August 31.

<sup>2</sup> Viterbo, Latium, Italien.

<sup>3</sup> Montefiascone, Latium, Italien.

<sup>4</sup> 1407 September 1.

<sup>5</sup> Aquapendente, Latium, Italien.

<sup>6</sup> 1407 September 2.

<sup>7</sup> San Quirico d'Orcia, Toskana, Italien.

<sup>8</sup> 1407 September 3.

<sup>9</sup> Cuna in Val d'Arbia, Toskana, Italien.

<sup>10</sup> 1407 September 4.

<sup>11</sup> Siena, Toskana, Italien.

<sup>12</sup> Viterbo, Latium, Italien.

### 30.

#### Translatio curie Romane de Luca ad civitatem Senarum

**DC 2**, fol. 13r; **Druck**: EUBEL, *Itinerar S.* 561.

RECESSUS DOMINI NOSTRI ET CURIE ROMANE DE LUCA.

Die sabbati quartadecima iulii «anno secundo Gregorii»<sup>1</sup> de mane sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Gregorius divina providentia papa XII recessit de civitate Lucana<sup>2</sup> cum curia sua et quinque cardinalibus videlicet dominis Tudertino<sup>3</sup>, Bononiensi<sup>4</sup>,

---

<sup>1</sup> 1408 Juli 14.

<sup>2</sup> Lucca, Toskana, Italien.

<sup>3</sup> Antonius de Calvis.

<sup>4</sup> Antonius Corrarius.

Ragusino<sup>5</sup>, Senensi<sup>6</sup> ac Utinensi<sup>7</sup>, dominis Neapolitano<sup>8</sup> et Laudensi<sup>9</sup> Luce propter infirmitatem remanentibus, iter capiens versus Senas<sup>10</sup>.

---

<sup>5</sup> *Johannes Dominici.*

<sup>6</sup> *Gabriel Condulmer.*

<sup>7</sup> *Jacobus de Torso.*

<sup>8</sup> *Henricus de Minutolis.*

<sup>9</sup> *Angelus de Anna de Summaripa.*

<sup>10</sup> *Siena, Toskana, Italien.*

### 31.

**DC 2**, fol. 13r; **Druck:** *EUBEL, Itinerar S. 561.*

ADVENTUS DOMINI NOSTRI ET CURIE SUE AD CIVITATEM SENARUM.

Die iovis decima nova iulii<sup>1</sup> prefatus sanctissimus dominus noster cum curia sua et quatuor cardinalibus videlicet dominis Tudertino<sup>2</sup>, Ragusino<sup>3</sup>, Senensi<sup>4</sup> et Utinensi<sup>5</sup>, domino Bononiensi<sup>6</sup> in Podio Bonitii<sup>7</sup> ob certam causam dimisso, feliciter Senas<sup>8</sup> applicuit a populo Senense honorifice receptus in conventu fratrum sancti Augustini Palatium apostolicum constituens ibique pro habitatione moram trahens.

---

<sup>1</sup> *1408 Juli 19.*

<sup>2</sup> *Antonius de Calvis.*

<sup>3</sup> *Johannes Dominici.*

<sup>4</sup> *Gabriel Condulmer.*

<sup>5</sup> *Jacobus de Torso.*

<sup>6</sup> *Antonius Corrarius.*

<sup>7</sup> *Poggibonsi, Toskana, Italien.*

<sup>8</sup> *Siena, Toskana, Italien.*

### 32.

**DC 2**, fol. 13r.

ADVENTUS DOMINI CARDINALIS BONONIENSIS AD CIVITATEM SENARUM.

Die martis, de sero, viginti quinta iulii, reverendissimus in Christo pater et dominus Antonius<sup>1</sup> divina miseratione tituli sancti Petri ad Vinculam presbiter cardinalis domini nostri pape camerarius, qui ob certam causam in Podio Bonitii<sup>2</sup> remanserat, applicuit Senas<sup>3</sup> feliciter honorifice receptus in palatio episcopatus dicte civitatis Senarum residentiam faciens.

---

<sup>1</sup> *Antonius Corrarius.*

<sup>2</sup> *Poggibonsi, Toskana, Italien.*

<sup>3</sup> *Siena, Toskana, Italien.*

2. April 2015

**33.****DC 2**, fol. 24v; **Teildruck**: EUBEL, *Itinerar* S. 561.

RECESSUS DOMINI NOSTRI PAPE DE ARIMINO.

Die iovis sextadecima mensis maii anno tertio Gregorii<sup>1</sup>, die Ascensionis Domini nostri Ihesu Christi, hora fere XV, indictione secunda, sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Gregorius divina providentia papa duodecimus pro faciendo concilium per eundem indictum de civitate Ariminensi<sup>2</sup> pro veniendo et eundo ad Civitatem Austrie<sup>3</sup> Aquilegiensis diocesis pro loco concilii celebrandi expressam cum reverendissimis in Christo patris et dominis dominis sancte Romane ecclesie cardinalibus videlicet A(ntonio)<sup>4</sup> episcopo Portuensi cardinali Bononiensi, G(abrieli)<sup>5</sup> tituli sancti Clementis Senensi, Lu(dovico)<sup>6</sup> tituli sancte Marie Transtiberim Tarentino, B(andello)<sup>7</sup> tituli sancte Balbine Ariminensi presbiteris, Ia(cobo)<sup>8</sup> sancte Marie nove Utinensi et P(etro)<sup>9</sup> sancte Marie in Cosmadin diaconis cardinalibus et alia curia recessit, ascendens galeam de Ancona<sup>10</sup>, que pro propria sua fuit deputata, habens de Venetiis unam galeam et unam galeottam, et navigare incepit cum bonetis (?) quasi septuaginta, super quibus erat curia, versus Venetias<sup>11</sup>. Illo sero applicans Fenati<sup>12</sup> et ad portum Mongimarche<sup>13</sup> cum omnibus predictis, relictis Arimini cardinalibus Tarentino, qui per terra venturus erat, et Racanatensi<sup>14</sup>, qui pro legato sedis apostolice in Marchiam Anconitanam post ivit.

---

<sup>1</sup> 1409 Mai 16.

<sup>2</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> Cividale dei Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>4</sup> Antonius Corrarius.

<sup>5</sup> Gabriel Condulmer.

<sup>6</sup> Ludovicus Bonitus.

<sup>7</sup> Bandellus de Bandellis.

<sup>8</sup> Jacobus de Torso.

<sup>9</sup> Petrus Maurocenus.

<sup>10</sup> Ancona, Marche, Italien.

<sup>11</sup> Venedig, Veneto, Italien.

<sup>12</sup> \$\$\$.

<sup>13</sup> Porto di Malamocco, Veneto, Italien.

<sup>14</sup> Angelus Ghini Malpighi.

**34.****DC 2**, fol. 24v.

REDITUS CARDINALIS RAGUSINI DE UNGARIA AD ARIMINUM.

Die suprascripto<sup>1</sup>, hora circa sextadecima, reverendus in Christo pater et dominus dominus Io(hannes<sup>2</sup>) tituli sancti Sisti presbiteri cardinalis Ragusinus, qui in legatum sedis apostolice ad partes Ungarie profectus extitit, reversus est ad Ariminum<sup>3</sup>, post immediate secutus prefatum dominum nostrum.

---

<sup>1</sup> (1409 Mai 16.)

<sup>2</sup> Johannes Dominici.

<sup>3</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

### 35.

**DC 2**, fol. 25r; **Teildruck**: EUBEL, *Itinerar S.* 562.

ADVENTUS DOMINI NOSTRI PAPE AD CIVITATEM AUSTRIAM.

Die pentecostis, viginti sexta maii anno Gregorii tertio<sup>1</sup>, hora fere viginta secunda, indictione secunda, sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII cum predictis omnibus dominis cardinalibus, excepto domino cardinali Tarentino<sup>2</sup>, qui de mandato domini nostri in castro Prate<sup>3</sup> remansit, cum aliquibus cortesanis et cum curia ad Civitatem Austriam<sup>4</sup> Aquilegiensis diocesis **sospel(ite)r<sup>a</sup>** applicuit, summo cum honore a prefata Civitate eiusque civibus et incolis receptus ac ad ecclesiam maiorem prefate Civitatis Austrie cum omnibus predictis graditus in ipsa ecclesia coram omnibus prefatum locum ac diem pentecostis pro celebrando concilio acceptavit expressim ac prima sessionem eiusdem concilii ad diem festivitatis sacratissimi corporis Christi, sextam diem mensis iunii<sup>5</sup> proxime sequentis, instituit.

---

<sup>1</sup> 1409 Mai 26.

<sup>2</sup> Ludovicus Bonitus.

<sup>3</sup> Prata di Pordenone, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>4</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>5</sup> 1409 Juni 6.

---

<sup>a</sup> **sospes, sospitis = unversehrt**

### 36.

**DC 2**, fol. 25r.

TRANSLATIO CURIE ROMANE.

Die mercurii viginti nona maii ‹anno Gregorii tertio› secunda indictione<sup>1</sup>, prefatus sanctissimus dominus noster papa transtulit curiam Romanam de civitate Ariminensi<sup>2</sup> ad Civitatem Austrie<sup>3</sup> Aquilegiensis diocesis, in qua presentialiter residet cum dicta curia.

---

<sup>1</sup> 1409 Mai 29.

<sup>2</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

### 37.

**DC 2**, fol. 29r.

ADVENTUS DOMINI CARDINALIS TARENTINI.

Die iovis quarto iulii ‹Gregorii anno tertio<sup>1</sup>›, hora vigesima prima, indictione secunda, reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ludovicus<sup>2</sup> miseratione divina tituli sancte Marie in Transtiberim presbiter cardinalis Tarentinus, qui de mandato domini nostri Prate<sup>3</sup> remanserat, intravit in hanc Civitatem Austrie<sup>4</sup> Aquilegiensis diocesis fuitque honorifice, ceteris dominis cardinalibus, qui hic erant, obviam exeuntibus, receptus.

---

<sup>1</sup> 1409 Juli 4.

<sup>2</sup> Ludovicus Bonitus.

<sup>3</sup> Prata di Pordenone, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>4</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

### 38.

**DC 2**, fol. 29r.

ACCESSUS PRIMUS CARDINALIS VERONENSIS AD CURIAM ROMANAM.

Die veneris quinta iulii ‹Gregorii anno tertio<sup>1</sup>›, in mediis tertiis, indictione secunda, reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Angelus<sup>2</sup> miseratione divina tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis Veronensis applicuit et intravit in hanc Civitatem Austrie<sup>3</sup>, cardinalibus obviam exeuntibus et usque ad Palatium prope eundem honorifice sociantibus, receptusque fuit a domino nostro ad osculum in publico consistorio. Demum paululum post prefatus dominus noster eidem contulit capellum cardinalatus.

---

<sup>1</sup> 1409 Juli 5.

<sup>2</sup> Angelus Barbadicus.

<sup>3</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

### 39.

**DC 2**, fol. 30r; **Druck:** BAUMGARTEN, *Von der apostolischen Kanzlei* S. 118.

## IURAMENTUM REGENTIS CANCELLARIAM.

Die suprascripto ‹die sabbati tertio augusti›<sup>1</sup>, dominus Rotterius Balohr<sup>2</sup> per dominum nostrum papam loco reverendi in Christo patris domini episcopi Ferentinatis<sup>3</sup> regentis Cancellariam prefati domini nostri pape durante eius absentia deputatus est locumtenens ipsius domini episcopi Ferentinatis regentis pro tempore, quo absens a curia Romana extiterit. Iuravit officium eius in forma Camere consueta.

---

<sup>1</sup> (1409 August 3).

<sup>2</sup> Rotherus de Balhorn.

<sup>3</sup> Nicolaus de Vincione.

## 40.

**DC 2**, fol. 35v; **Teildruck**: EUBEL, *Itinerar* S. 560.

## RECESSUS DOMINI NOSTRI A CIVITATE AUSTRIA AQUILEGIENSIS DIOCESIS.

Die veneris sexto septembris ‹Gregorii anno tertio› secunde indictionis<sup>1</sup>, sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII ante diem per tres horas vel circa videlicet in septimam et octavam horam noctis recessit hinc de Civitate Austria<sup>2</sup> Aquilegiensis diocesis vadens versus Latigianam<sup>3</sup>, ad quam hora tertiarum applicuit ac stans ibidem per horam ascendit super unam barcham in flumine Tagliamenti se transferens ad galeas illustrissimi principis et excellentissimi domini regis Ladislai<sup>4</sup> Sicilie et Ierusalemme, que ipsum dominum nostrum expectabant.

---

<sup>1</sup> 1409 September 6.

<sup>2</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>3</sup> Latisana, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

<sup>4</sup> Ladislaus von Anjou-Durazzo, 1386/92-1415 König von Neapel und Ungarn.

## 41.

**DC 2**, fol. 36v.

## RECESSUS DOMINORUM CARDINALIUM DE CIVITATE AUSTRIA.

Die dominica XXVII octobris<sup>1</sup> omnes domini cardinales, excepto domino Tarentino<sup>2</sup>, recesserunt de Civitate Austrie<sup>3</sup> predictae, ut ad dominum nostrum accederent.

---

<sup>1</sup> (1409) Oktober 27.

<sup>2</sup> Ludovicus Bonitus.

<sup>3</sup> Cividale del Friuli, Friuli-Venezia Giulia, Italien.

## 42.

**DC 2**, fol. 37v.

ADVENTUS QUATTUOR CARDINALIUM AD CIVITATEM GAETE.

Anno domini MCCCCX, indictione tertia, die lune XXVII ianuarii<sup>1</sup>, reverendissimi in Christo patres et domini domini Bononiensis<sup>2</sup>, Senensis<sup>3</sup>, Tarentinus<sup>4</sup> ac Veronensis<sup>5</sup> sancte Romane ecclesie cardinales intraverunt in civitatem Gaete<sup>6</sup>.

---

<sup>1</sup> 1410 Januar 27.

<sup>2</sup> Antonius Corrarius.

<sup>3</sup> Gabriel Condulmer.

<sup>4</sup> Ludovicus Bonitus.

<sup>5</sup> Angelus Barbadicus.

<sup>6</sup> Gaeta, Latium, Italien.

### 43.

**Arm. 4**, fol. 87r; **Druck:** BAUMGARTEN, Von der apostolischen Kanzlei S. 119.

IURAMENTUM LOCUMTENENTIS CANCELLARIE.

Anno et pontificatu quibus supra ‹Mutatur annus natalis domini videlicet in MCCCCXIII, indictione VI et pontificatus domini nostri pape Gregorii XII in annum septimum›, die decimo nono mensis ianuarii<sup>1</sup>, Arimini<sup>2</sup> in domo habitationis reverendissimi in Christo patris et domini domini Antonii<sup>3</sup> miseratione divina episcopi Portuensis sancte Romane ecclesie cardinalis domini nostri pape camerarii, venerabilis vir dominus Rotherius Balhorn<sup>4</sup> dicti domini nostri pape protonotarius in manibus eiusdem domini camerarii iuravit officium locumtenentie seu regentis Cancellariam sancte Romane ecclesie in forma Camere consueta.

---

<sup>1</sup> 1413 Januar 19.

<sup>2</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> Antonius Corrarius.

<sup>4</sup> Rotherus de Balhorn.

### 44.

**Arm. 4**, fol. 101v.

TRANSLATIO CURIE.

Millesimo quadringentesimo quintodecimo, indictione octava, die quarta mensis iunii<sup>1</sup> sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia pa-

---

<sup>1</sup> 1415 Juni 4.



pa XII propter pestem vigentem Arimini<sup>2</sup> transtulit se cum sua curia ad castrum Montisflorum<sup>3</sup> Ariminensis diocesis.

---

<sup>2</sup> Rimini, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> Montefiore, Emilia-Romagna, Italien.